



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

XXXVI. Warinvs. XV. Arch.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

bus in Imperio concedi solita. Verùm Geronis partes æquissimas in se suscepisse visus est Genius tutelaris, cùm Cæsarem dormientem sui muneris commonefecit, ut læso Geroni satisfacere. In extasin non rarò abripi, & exanimi similem decumbere, cùm sciret perbene Warinus Coloniæ inter Diaconos Supremus, id commodum suum ratus, vivum ocyùs sepulchro intulisse scribitur Geronem, cùm annis 7. sedisset an. 976. maturè nimis sepultus. Cæterùm ante alios D. Geronem colunt claustra Gladbachensia, quorum author extitit.

## XXXVI. WARINVS, XV. ARCH.

**W**arinus votis suis parùm religiosus damnatus; atque in Solium Coloniense plurium electorum Canonico- rum calculis promotus, optata tamen pace nequaquam frui potuit; conscientia enim stimulis potenter adeò fuit agitatus, ut Romam usque profectus, scelus suum palàm fecerit Benedicto VII. Romano Pontifici, à quo pœnitentiæ causâ iussus est D. Martini monasterium Coloniæ vel instaurare, vel funditus condere; teste igitur eodem monasterio animi labes ædificiis sacris eluit, & 8. annorum compendio desideratam adeò Sedem Coloniæ possedit an. 984. mortuus.

## XXXVII. EVERGERVS, XVI ARCH.

**E**vergerus ob singularem modestiam, animi moderati- nem & solitudinis amorem laudatus multùm, Archipræ- sulum illorum fuit omnium ultimus, qui Electores non fuerunt in Imperio: periodum proinde hanc claudat, qui vitam clausit an. 997.

SE

X